Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/323041

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LUDOVICUS ANNE THOOFT,

ZUTPHANIENSIS,

Die XXVIII Februarii a. MDCCCLI, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud J. DE KRUYFF.

MDCCCLI.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Superficiarius corporis possessionem non habet.

II.

Servus creditor fieri nequit extranei, sed unice domini, ex obligatione naturali.

III.

Si quis paterfamilias factus pecuniae, quam, dum in potestate erat, mutuam acceperat, partem solverit, sive pignus dederit, non ultra quam ad pignoris quantitatem, vel partem solutam cessat SCtum Macedonianum.

IV.

Minus probandum, quod dicit Cujacius, *Observat.* L. XVII, c. 22, hac conditione apposita legato, si Stichum servum manumiserit, si Stichus moriatur *vivo* testatore, quo tempore impleri conditio non debuit, legatum deberi *propter l. 54 § 2 D. de Legat.* I; si moriatur *post mortem* testatoris, quo tempore promiscua conditio impleri debuit, legatum non deberi *per l. 23 § 2 ad legem Aquiliam.*

V.

Mater, secundo matrimonio dissoluto, non habet usumfructum bonorum, a liberis prioris tori, postea acquisitorum.

VI.

Licet quis testamentum non fecerit, tamen executores ultimae voluntatis instituere potest.

VII.

Art. 1954 C. C. non spectat sententias, ab auctoritate administrativa, quae dicitur, profectas.

VIII.

Praeses curiae, in casu art. 303 C. de Methodo Proced., potest praeclusionem jubere rerum, quae extra territorium reperiuntur.

IX.

Compendiosa scriptura, quam mercator ex codicibus suis exhibet, non potest probationibus adnumerari.

X.

Trassatus, qui solvit sequente die, postquam dies litterarum cambialium venerit, etiam de impensis tenetur, protestationis inchoatae.

XI.

In art. 868 C. M. praetermissum est statuere, quomodo creditores certiores fiant, diem a judice delegato indictum esse.

XII.

Ex art. 222 C. P. poena est irroganda, si absenti contumeliosa dicta sunt.

XIII.

Art. 276 C. P. adjungenda sunt verba: *et sera, après l'expiration de sa peine, conduite au dépôt de mendicité.*

XIV.

Qui calumniatus est aliquem in libello supplice, qui dicitur suggestionis, ex art. 367 C. P. puniri nequit.

XV.

Jus defensionis in art. 124 Cod. Quaest. Crim. nimis restrictum est.

XVI.

Judex, qui neglexerit ex art. 77 Cod. Quaest. Crim. aut detentionem rei aut demissionem ex carcere intra triduum jubere, puniendus esset.

XVII.

Criminis et delicti reus, ex art. 135 Cod. Quaest. Crim., si in judicio non sistit, contumax declaratur, nec poena delicti pronuntiatur.

XVIII.

Licet Rex jusjurandum in art. 51 Leg. Fund. definitum, nondum praestiterit, ei obtemperandum est in iis negotiis, quae sine ordinum Generalium consensu, ab eo fieri possunt.

XIX.

Tribunal constituendum est, quod cognoscat de appellationibus in caussa administrationis publicae.

XX.

In causis rarioribus, *ne Respublica detrimenti quid capiat*, licere debet regis administris ea constituere, quae pro legibus vigeant ad tempus quo ab ordinibus Generalibus confirmentur.

XXI.

Recte dicit Say, *cours compl. d'oec. Pol. p. 161*, un peuple qui prospère doit être regardé plutôt comme un ami utile, que comme un concurrent dangereux.

1901364

XXII.

Patriae nostrae prodest, rempublicam sibi servasse, exclusis ceteris, jus transferendarum epistolarum; utilius autem foret si, quod Angli *uniformtax* dicunt, introduceretur.